

bus vobis in eādem luxūriæ confusōnem, blasphemāntes.

5. Qui reddent ratiōnem ei, qui parātus est iudicāre vivos & mortuos.

6. Propter hoc enim & mortuis evan-  
geliātūm ēst: ut iudicēntur quidem secū-  
dūm homines in carne, vivant autem se-  
cūdūm Deum in Spīritu.

7. Omnim autem finis appropinquāvit.

**# D O M.** # Estōte itaque prudēntes, & vigilāte in oratiōnibus.

**O C T A V.** 8. Ante ómnia autem, mūtuam in vo-  
bis metiōpis charitātem continuam habē-  
tes: quia \* chāritas óperit multitudinē  
peccatōrum.

\* P R O V . 10. 9. \* Hospitāles ìvincēm \* finē murmu-  
ratiōne:

**H e b . 1 3 . 2 .** 10. \* Unusquisque, sicut accēpit grā-  
tiam, in altérutrum illam administrāntes,

\* P h i l . 2 . 14. sicut boni \* dispensatōres multiformis grā-  
tia Dei.

\* R o m . 1 2 . 6. 11. Si quis lóquitur, quasi fermōnes  
Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtū-  
te, quam administrat Deus: ut in ómni-  
bus honorificētur Deus per Iesum Chri-  
stum: ^ cui est glōria, & impēriū in  
sēculōrum: Amen.

12. Charissimi, nōlēte peregrināti in  
servōre, qui ad tentatiōnem vobis fit,  
quasi novi aliquid vobis contingat:  
**# U N I U S**  
**M A R T .** 13. sed # communicāntes Christi passiō-  
nibus gaudēte, ut & in revelatiōne glō-  
riæ eius gaudēatis exultantēs.

14. Si exprobrāmīni in nōmine Christi,  
bēati éritis: quóniam quod est honōris,  
glōriæ, & virtutis Dei, & qui est eius  
Spiritus, super vos requiescit.

15. Nemo autem vestrū patiātur ut  
homicida, aut fur, aut malēdīcus, aut  
alienōrum appetītor.

16. Si autem ut Christianus, non erubē-  
cat: glorificet autem Deum in isto nōmine.

17. quóniam tempus est ut incipiat iu-  
dīcum à domo Dei. Si autem primū à  
nobis: quis finis cōrūm, qui non credunt  
Dei Evangēlio?

\* P R O V . 11. 18. \* Et si iustus vix salvābitur, impius,  
& peccatōr ubi parēbunt?

19. Itaque & hi, qui patiūntur secū-  
dūm voluntātem Dei, fidēli Creatōri  
commēndent áimas suas in benēfāctis. ^

## C A P U T V.

P a s t o r e s p r i mū, tum iūvenes īstruit; il-  
los, ut gregi invigilent; hos, ut sābdi-  
tū sint p a s t o r i b u s.

1. S eniōres ergo, qui in vobis sunt,  
óbsecro, consénior & tēsis  
Christi p a s t o r i o n u m : qui & eius, quæ in  
futūro revelānda est, glōriæ communi-  
cātōr:

2. páscite qui in vobis est gregem Dei,  
providēntes non coāctē, sed spontānē se-  
cūdūm Deum: neque turpis lucri grātiā,  
sed voluntārī:

3. neque ut domināntes in cleris, sed  
forma facti gregis ex ánimo.

4. Et cū apparūerit princeps p a s t o r o r u m ,  
percipiētis immarcescibilem glōriæ co-  
rōnam.

5. Similēr adolescentes sūbdi tēstōte  
seniōribus. \* Omnes autem ìvincēm hu-  
militātem insinuāte, \* quia Deus supér-  
bis resistit, humilībus autem dat grā-  
tiā.

6. \* # Humiliāmini igitū sub potēnti  
manu Dei, ut vos exaltes in tempore visi-  
tatiōnis:

7. \* omnem sollicitūdinem vestram projici-  
entes in eum, quóniam ipsi cura est  
de vobis.

8. Sōbri estōte, & vigilāte: quia adver-  
sarii vester diabolus tamquam leo rū-  
giens circuit, quārens quem dévoret:

9. Cui resistite fortes in fide: scientes  
eādem p a s t o r i o n e m ei, quæ in mundo est,  
vestræ fraternitati fieri.

10. Deus autem omnis grātiā, qui vo-  
cavit nos in atēnum suam glōriam in  
Christo Iesu, mōdicūm p a s s o s ipse perfici-  
et, confirmabit, solidabitque.

11. Ipsi glōria, & impēriū in sēcula  
sēculōrum: Amen. ^

12. Per Silvānum fidēlem fratrem vobis,  
ut árbitror, brévitēr scripsi: óbsecrans &  
contéstans, hanc esse veram grātiā Dei,  
in qua statis.

13. Salūtā vos Ecclēsia, quæ est in  
Babylōne coēlecta, & Marcus filius meus.

14. Salutāte ìvincēm in ósculo sancto:  
Grātia vobis ómnibus, qui estis in Christo  
Iesu. Amen.

# E P I S T O L A B. PETRI APÓSTOLI S E C U N D A.

S CRIPTA ēst ad eosdem ad quos prior Ep̄istola, quod liquet ex illis verbis: Hanc ecce  
vobis secundam scribo Ep̄istolam, cap. 3. idque anno Petri ultimo, cū certus  
iam esset de veloci depositione tabernaculi, sive corporis sui, 1. 14. Atque adēd *Ara*  
*nōstrā* anno 66. à morte Christi 33. Neronis 14. quo tempore Paulus cum Petro Romae  
captivus de tempore resolutionis sue, 2. Tim. 4. 6. per revelationem à Domīno quoque  
admonitus, secundam ad Timotheum script̄ Ep̄istolam.

In hac autem Ep̄istola Petrus fideles hortatur ut fidem, etiam se mortuo, firmiter  
retineant; errorumque magistros longissime fugiant, quorū mores & studia depingit. De  
auctoritate huius Ep̄istola nonnulli olim dubitavēre, quod stylus à priori paululum discre-  
pant. Ep̄ist. ad pare videretur. Verū etiam si id concedatur, nihil tamen aliud inde effici potest, quām  
ut intelligamus Petrum pro necessitate rerum, ait Hieronymus, diversis usum inter-  
pretibus. Quod etiam de Paulo in Ep̄istola ad Hebreos suprā demonstratum ēst.

## C A P U T P R I M U M.

Petrus hortātur fidēles ut ad cālestia pro-  
missa conténdant, & electiōnem suam  
per bona opera certam faciant; doctri-  
nam iis trāditam veram ēste ex divinis  
oraculis confirmat.

1. **I**mō Petrus, servus, &  
Apōstolus Iesu Christi,  
iis, qui coēquālem  
nobiscum sortiti sunt  
fidem in iustitia Dei  
nostrī, & Salvatō-  
ris Iesu Christi.

2. Grātia vobis, & pax adimptātūr in  
cognitiōne Dei, & Christi Iesu Dōmini  
nostrī:

3. quōmodō ómnia nobis divīnae virtū-  
tis suæ, quæ ad vitam, & pietatēm do-  
nata sunt, per cognitiōnem eius, qui vo-  
cavit nos propriā glōriā, & virtute,

4. per quēm máxima, & pretiōsa nobis  
promissa donāvit: ut per hēc efficiāmī  
divīnae consōrtes natūrā: fugientēs eius,  
quæ in mundo est, concupiscentiā cor-  
ruptionēm.

5. Vos autem curam omnem subinfe-  
rentes, ministrāte in fide vestra virtūtē,  
in virtute autem scientiam,

6. in scientia autem abstinentiam, in  
abstinentiā autem patientiam, in patientiā  
autem pietatēm,

7. in pietatē autem amōrem fraterni-  
tatis, in amōre autem fraternitatis chari-  
tatis.

8. Hēc enim si vobisūcum adsint, & sū-  
perent, non vacuos, nec finē fructu vos

constituent in Dōmini nostri Iesu Christi  
cognitiōne.

9. Cui enim non p rāestō sunt hac, ca-  
ucus est, & manu tentans, obliviōnēm ac-  
cipiens purgatiōnēs vēterū suōrum de-  
lictōrum.

10. Quapropter fratres magis satāgite ut  
per bona opera certam vestram vocatiō-  
nem, & electiōnem faciatīs: hēc enim  
facientēs, non peccābitis aliquāndō.

11. Sic enim abundānter ministrābitur  
vobis intrōitus in atēnum regnum Dō-  
mini nostri, & Salvatōris Iesu Christi.

12. Propter quod incipiam vos semper  
commonēre de his: & quidem scientes &  
confirmatos vos in præsēti veritāte.

13. Iustum autem árbitror quāndiu  
sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in  
commonitiōne:

14. certus quōd vēlox est depositio  
tabernaculi mei secundūm quōd & Dō-  
minus nōstrus Iesu Christus significāvit mihi. \* Ioh. 21.

15. Dabo autem operam & frequēntē  
habēre vos post óbitum meum, ut horum  
memoriām faciatīs.

16. \* # Non enim doctas fābulas fecūti  
notam fēcimus vobis Dōmini nostri Iesu  
Christi virtūtē, & prāsentiam: sed spe-  
culatōres facti illūs magnitūdinis.

17. Accipiens enim à Deo Patre honō-  
rem, & glōriam, voce delāpsā ad eum  
huiuscēmodi à magnifica glōria: \* Hic est  
Filius meus dilēctus, in quo mihi com-  
placui, ipsum audīte.

18. Et hēc vocem nos audīvimus de  
cālo allātam, cū elēmus cū ipso in  
monte sancto.

19. Et